ſit. ⁊ marianos. i. fautores marij cru-
delissime necauit. Deinde cū fuiſſȝ di
ctator. i. ſolus rome p̄nceps: depoſita
dictura obijt morbo pediculari. vł vt
alij volunt ira nimia ſanguieȝ vomēs

Silenus e lōga. nutriti⁹ ⁊ pedagog⁹
(bacchi.

Siler vel ſilerus. fluuius
lucanie alluēs ſalernū oppidū. ⁊ cāpa
niam a lucania ſeparās. Qui fluui⁹
cū alibi ſaluber ſit. tn̄ vltra ſurrhentū
oppidū quicq̄d in eū p̄ijciť dureſcit ī
lapidem vt inquit Plinius.

Siluanus deus ruſticus ſiluarum.

Siluia id eſt Ilia mater romuli

Simethus fluuius ſicilie non ꝓcul a
catanenſi vrbe

Simonides grec⁹ poeta lyricus. ex ī
ſula cea oriūdus ⁊ fuit p̄mus lyricus
apud grecos aptiſſim⁹ admouendas
lachrymas. ⁊ flebile carmen inuenit.

Simois o curta fluuius troianus ex
ida mōte ꝓfluēs ⁊ tandē xāto miſceť

Symplegades ſtꝫ duo ſcopuli ī ma
ri quod dr̄ helleſpōtus. iter quos eſt
difficilis ⁊ p̄iculoſa nauigatio. Vocā
tur etiā ſyndromades. i. cōcurrentes
quia eminus videnť ꝯcurrere. Etiaȝ
vocanť Cyanee vt ſupra

Syna mons in deſerto arabie. Alio
noie oreb vel choreb. In quo moiſes
legem ⁊ p̄cepta accepit a deo

Synadis oppidū phrygie. vn̄ mar-
mor ſynadicum

Synopes vrbs iuxta pontum vel in
cappadocia. diogenis cynici patria.

Sipontū ł ſipus hui⁹ ſipūtis. vrbs
clara in apulia ad montē garganū a
diomede ꝯſtructa (gēti ferax olim

Siphnus inſula in aegeo auri et ar-

Syracuſae aꝝ. vrbs pulcherriā ⁊ no
biliſſima in ſicilia iuxta pachynū pro
montoriū q̄ tres muros ⁊ tres arces
habebat ⁊ portum marmoreum

Syrenes tres filie acheloi fluuij ⁊ cal
liopes muſe q̄ hītabāt in q̄dā inſula
inter italiā ⁊ ſiciliā ⁊ dulcedine cātus
ſui nauigātes alliciebāt ac deinde ne
cabant Vlyſſes aūt illac nauigatur⁹
aures ſocioꝝ ſuoꝝ cera clauſit ne au-

dirent cãtus ſil̃rꝝ.ſeipſ aũt ad malũ
nauis alligari fecit ⁊ ſic euaſit. vt inq̃t
homerus. Syrenes aũt de ſui ꝯtẽptu
adeo doluerũt vt ſe ĩ mare p̃cipitarẽt
Syria eſt regio maiorꝫ aſie iuxta iu⸗
deam. Quidã tñ ſyriã vocãt totã il
lam regionẽ que ꝯtinꝫ phoeniciã. pa
leſtinam. meſopotamiã. ⁊ babyloniã
que ⁊ aſſyria dicitur hinc ſyrus
Syrius ẽ ſtella ĩ medio cẽtro celi. ad
quã cũ ſol ꝑuenerit duplicat̃ aeſtus.
⁊ nimio calore languent mortaliũ cor
pora. Latine hec ſtella d̃r canicula.
Syrtes ſunt duo ſinus. i. loca maris
in fine aphrice. quas inacceſſas facit
vadoſum ac reciprocũ mare. Sunt
igit̃ loca ꝑiculoſa ꝓpter aeſtus. i. mo⸗
tus inquietos ⁊ arene copiam
Siſyphus aeoli fili⁹ latro fuit in iſth
mo quẽ theſeus occidit. Et apud iſe
ros hac pena plecti d̃r vt ſaxũ ſꝑ rela
bens portare cogat̃ in montẽ. Ouidꝫ
Aut petis aut vrges reditu ſiſyphe
Sython olim thracia voca (ſaxũ.
batur. hinc ſcythonius. i. thraci⁹ Vir
gilius. Sythoniaſq́ niues hiemis
ſubeamus aquoſe
Smilax puella que amore croci iu⸗
uenis tabeſcẽs. mutata fert̃ in herbã
ſui nominis que ſimilis eſt edere. O
uidius. Et crocon in paruos verſum
cum ſmilace flores
Smyrna vrbs ionie vel meonie in a
ſia minori. quã vrbem meles fluuius
circũfluit. Hec a q̃buſdam d̃r homeri
Socrates athenieſis ſophro (p̃ria
niſci marmorarij ⁊ phanarete obſte⸗
tricis filius. Qui cũ acerrimi eſſet in⸗
genij ⁊ phyſicen atq́ facundiã ſine ꝟ
tute nihil prodeſſe videret: illis arti⸗
bus que ſole tũc in vſu erãt relictꝫ ad
ethicã ſe ꝯuertit ⁊ ſophiſtas vehemẽ
ter irridebat. Quinetiam apollo iter
rogatus a quodã de ſocrate reſpõdit
illum eſſe ſapientiſſimũ. Propter hec
cum multi ei inuiderẽt. ab anyto quo
dam diuite ⁊ meliſſo poeta et lycone
oratore accuſatus eſt. quaſi deos con
temneret ⁊ pueros corrumperet. Cũq́
nimis animoſe in iudicio loqueretur
addictus morti venenũ bibit in car
re. Sed ſtatim populus mortẽ eius.
ita doluit vt accuſatores eius l' mo⸗
te vel exilio plecteret. ⁊ ipi ſocrati ſta⸗
tuam eream dedicaret. Huius diſci
pulus fuit plato ⁊ alij permulti.
Solyme ſolymaꝝ vrbs nobiliſſima
iudee que ⁊ hieroſolyme. Ponitur et
adiectiue. Itẽ vrbs alia circa liciam
vel ciliciam iuxta Homerum
Solon athenieſis legulator ⁊ vn⁹ de
ſeptem ſapientib⁹ qui Croeſum regẽ
monuit vt ſe felicem non putaret q̃
diu viueret.
Sora oppidum volſcoꝝ in cãpania
Soracte mons hirpinoꝝ in faliſcis.
xx. paſſuum milibus a roma.
Sparta vel ſparte nobilis vrbs laco
nie. alio mõ lacedemon. Iñ ſpartan⁹
⁊ ſpartiata gentile nomen
Spartacus fuit gladiator et ſeruus
cuiuſdã romani. Qui tandẽ cũ octo
ginta duob⁹ ſocijs ſuis effugiẽs e car
cere: multa ſeruoꝝ milia ꝯgregauit ⁊
multis damnis affecit italiã. Tandẽ
a. M. Craſſo in ꝑlio occiſus. Luca⸗
nus. Ut ſimili cauſa caderes q̃ ſpar
tacus hoſtis
Sperchius fluuius theſſalie e mon
Speuſippus ph̃s (te pelio ortus
academicus. platõis ex ſorore nepos
⁊ in ſchola ſucceſſor
Sphix mõſtꝝ facie ꝟgĩs. pẽnis auiũ
⁊ pedib⁹ leõis q̃ quondã ad thebas
veniens hoc aenigma ꝓpoſuit. Q̃d ẽ
aĩal bipes idẽq́ tripes ac q̃drupes.
Qui hoc aenigma ſoluere neq̃bat. cũ
ſphinx occidebat. Tandẽ oedippus
ita ſoluit. vt hoĩem eẽ diceret. q̃ ĩ ĩfan
tia maĩb⁹ ⁊ pedib⁹ nitẽs q̃drupes eſt
at ĩ ſenectute baculo vtẽs tripes ẽ. tũc
ſphinx ſe de ſaxo p̃cipitẽ dedit. Reue
ra ſphinx eſt aĩal mõſtroſum ĩ aethio
pia de genere ſimiaꝝ. fuſco pilo. mã⸗
mis ĩ pectore geminis. ⁊ hoĩ ꝑſimile ni
ſi q̃ piloſum eſt ⁊ ſolitudinẽ colens

Sporades.i.ſparſe ſunt inſule mul-
te in aegeo vel myrthoo mari iter q̄s
eſt pathmos.
Stentor quidā grecus in bello troiano tā vocalis vt tan
tum faceret ſonū quantū alij q̄nqua
ginta vt ait homerus. Juuenal. Tu
miſſet exclamans: vt vincere ſtentora
poſſis
Stenobaea vxor proeti
vide ſupra Bellorophon.
Steropes vnus cyclopū. vid̄ brōtes
Steſichorus ſiculus poeta lyricus q̄
cū helenā menelai vxorē quodā car-
mine vituꝑaſſet: oculos amiſit. ſꝫ cū
palinodia.i.ꝯtrario carmine eaꝫ lau
daſſet viſum recepit.
Stilbo ē mercurij ſtella a STIL-
Bo ſplendeo
Stilpon quidā phs megarenſis.
Stymphalus lacus aut palus arca
die apud oppidū noīe ſtymphalū. In
quo lacu erāt aues tāte magnitudi-
nis vt radios ſolis obūbrarent q̄ to-
tam arcadiā deuaſtabāt ꝛ a lacu dice
bantur ſtymphalides. quas hercl'es
ſagittis occidit.
Styx aqua infernalis ꝑ quā dij iura
bant. Jn ſtygius a.um.i.infernus vł
infernalis. Eſt etiā ſtyx ꝑuus fluui⁹
arcadie circa nonacrim mōtē. ex quo
qui potat illico morit̄ Jtem alia pa-
lus aegypti circa memphim ambiēs
abaton inſulam tpib⁹ auguſti.
Strabo cretenſis phs geographus
Strato phs lamſacenus mgr̄ ptho-
lomei philadelphi
Strymon fluui⁹ thracie ex aenio mō
te ꝑfluens. ꝛ thraciam a macedonia
ſeparans. Jnde ſtrymonius a.um
Strophades inſule due in mari io-
nio in quo harpyias habitare d̄r vt vir
gilius li.iij.eneid̄ Nā phineus rex ar
cadie cū filios ſuos vxoris ſuaſu ce-
caſſet. irati dij ipm quoq; cecauerūt ꝛ
harpyias aues rapaces ꝛ fedas imi
ſerunt qui eū vexarent. Sed cū illuc
veniſſet iaſon cū argonautis ꝛ phine
us eos hūaniter tractaſſet. miſerunt
zetū et calaim filios boree alatos vt
harpyias pellerent ex regno phinei
Qd̄ illi facientes cū veniſſent ad has
inſulas moniti ſunt ne canes iouis.i.
harpyias vlterius ꝑſequerent̄. Ob h̄
inſule que prius plote dicebantur ap
pellate ſunt ſtrophades .i. ꝯuerſioēs
q̄a illic zetus ꝛ calais ꝯuerſi ſunt a ꝑ-
ſecutiōe harpyiaꝝ eas ibi relinq̄ntes
Strophius rex phocidꝫ pr̄ piladis.
Suburra vicus in vrbe roma
Sueſſa ciuitas campanie
Sueſſiones ꝑpl's gallie inter belgas
in ꝑuincia remēſi.
Sulmo oppidū pelignorū in brutijs
Ouidij poete patria
Suniū ꝑmontoriū ꝛ oppidū i attica
Surrhentū oppidū campanie
Suſe arum. vel ſuſis regia vrbs ꝑſa
rum. Lucan⁹. Agmina achemenijs
decurrant media ſuſis
Tabor mons eſt in medio ga
lilee campo mira rotunditate
ſublimis. diſtās a diocesarea
decem milib⁹ paſſuū. hec Jhero.
Taburn⁹ mōs cāpanie vł poti⁹ apulie
Taenarus ꝑ ae dipthongū ꝑmonto
rium laconie iuxta ſpartā vrbem Cu
ius in ſummitate magnus hiatus eſt
vel ſpecus q̄n̄q; ſtrepitū agēto vento
faciens. Unde fabulant̄ illic eſſe por
tam inferni. Uirgꝫ. Taenarias etiā
fauces alta oſtia ditis.
Tages auctor auriſpicine q̄ in ethru
ria ſubito apparens aratori cuidam
docuit eum artem illam
Tagus fluuius luſitanie aureas ha-
bens arenas immixtas.
Taygeta vrbs laconie. Taygetus
mons ibidem. Ponitur etiam tayge
tus adiectiue
Thalaſſius vł thalaſſio de⁹ nuptiaꝝ
Thales mileſius primus de ſeptem
ſapientib⁹ qui ꝛ primus in grecia di
ſputauit de rerum natura
Thalia i ꝑducta. d̄r vna muſarum.
item vna gratiarum. a greco v̄bo thi
lo quod eſt vireo.
Thamyras thracius cytharedus q̄

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

ſua arte ſupbiēs ꝓuocauit muſas ad certamen. a quib⁹ oculis ⁊ arte priua tus eſt. Ouidꝫ. Quid miſeꝝ thamy ram picta tabella iuuat.

Tanager fluuis lucanie

Tanais fluuius ſeptētrionalis in ſci thya qui europā ab aſia ſeparat et in maeotim paludem labitur.

Tanis magna vrbs in aegyto ī oſtio nili qḋ ab ea taniticū vocat̃

Tantalus iouis fili⁹ ex plote nīpha rex phrygie q̇ dijs hoſpicio ſuſceptꝭ ap poſuit pelopē filiū ſuū comedendum Vide ſupra pelops. Idē quoqꝫ tāta lus ſecreta deoꝝ hoīb⁹ indicauit qua ꝓpter apud inferos ita cruciari dicit̃. vt ad amenū fluuiū ſtans ⁊ arborē dulcib⁹ pomis onuſtā añ ſe vidēs: ſp tñ eſuriat ⁊ ſitiat. Nam quotiens ad potandū ſe inclinat aut ad carpendū pomū manus extēdit. ⁊ fluuius ⁊ ar bor ab ipo ita diſcedunt vt attingere nequeat. Ouidꝫ. Querit aquas in a quis ⁊ poma fugacia captat. Tanta lus hec illi garrula lingua dedit.

Tantalis id eſt niobe filia tantali. vi de ſupra Niobe

Taprobane iſula remotiſſima vltra indiam inter ortum ⁊ occaſum ſolis. Ad quā nauigātes qm̄ ſeptētriones non vident. aues ſecū vehūt. quaꝝ a liquas ſepius emittūt vt ſequant̃ vo latum illaꝝ. Eſt aūt auro argento et gemmis ditiſſima

Tapſus inſula decē ſtadijs diſtās a (ſicilia

Taraco a curta. vrbs hiſpanie citeri oris a ſcipionib⁹ ꝯdita. A qua pro uincia taraconenſis eſt dicta q̄ vulgo vocatur catalonia

Tarracina oppidū volſcoꝝ in cam pania quod prius anxur dicebat̃.

Tarentū nobilis vrbs calabrie ī fine italie ad mare ſita. Vñ tarentinus.

Tarpeia puella romana filia tarpeij cuſtodis capitolij tpe romuli. que ta cio regi ſabinoꝝ ⁊ tūc hoſti romanoꝝ ꝓdidit capitoliū. pacta vt qꝫ ī ſiniſtra ferrēt ſabini ſibi darēt. putās. ſ. armil las aureas At illi ſcuta ſua in eā con ijcientes ipam necauerūt. Hinc capi tolium d̄r tarpeius mons vł̄ tarpeia (rupes ⁊ arx ⁊c̄

Tarq̄nius priſcus fuit quintus rex romanorum

Tarquinius ſupb⁹ ſeptimus ⁊ vlti mus rex a romanis expulſus ob ſup biam ſuā. ⁊ ob nequitiā ſexti aruntꝭ fi lij eius qui lucretiam nobilē matro nam violauerat

Tarquinij oꝝ vet⁹ oppidū cāpanie

Tarſus vrbs clara cilicie quā cycn⁹ amenus fluuius p̄terfluit. ꝯdita fuit a pſeo iouis ⁊ danaes filio. In ea na tus eſt diuus paulus apoſtolus

Tharſis regio indie. lꝫ etiā ꝑ cartha gine ponat̃ in ſacris litteris. Itē pro hiacyntho lapide ⁊ pro mari poſitūꝫ legitur vt ait Hieronimus.

Tartarus eſt ꝓfundiſſimus ⁊ peſſi mus inferoꝝ locus in quo impij cru ciant̃ indicibilib⁹ tormentis. Dicit̃ āt a greco ūbo taratto quod eſt turbo. vł̄ a tartarizin qḋ eſt tremere ⁊ horrere

Tartari ꝓplus ſcythic⁹ oli nomades

Tarteſſus oppidū in fine hi (dicti ſpanie iuxta colūnas hercuł. alio no mine carteia ⁊ gaddir. Inde tarteſſi us adiectium id eſt occidentalis.

Taruiſium vrbs venetie in marchia

Taurinū vrbs ad alpes (taruiſina caput pedemontane regionis.

Taurus magnus ⁊ altus mons cili cie. Sed Plinius inquit qꝫ ſit mons maxim⁹ ⁊ immēſus ab idia porrect⁹ ꝑ aſiā vſqꝫ ad maeotim paludē ſcy thie. cui⁹ ps eſt caucaſus mōs. ſꝫ ⁊ a lia multa diuerſ in locꝭ hꝫ nomina.

Taurus etiā ſid⁹ ē ⁊ ſignū ī zodiaco

Taurica eſt regio thracie vel ſcythie. vbi aduene immalabant̃ diane

Taurominiū mons ſicilie ad drepa num promontoriū et vrbs in monte illo ſita. Inde taurominitanus

Thaumantias vel thaumantis idis d̄r iris filia thaumantis ⁊ electre filie oceani. nuncia deoꝝ in reb⁹ malis vt mercurius in bonis. Virgili⁹. ix. Ad

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

quem ſic roſeo thaumantias ore locu
ta eſt. A thauma quod grece miracu
lum eſt
Theanū oppidū cāpanie. ⁊ ꝓducit a
Tearus limpidus fluuius ī thracia
Thebais regio ſupioris aegypti vici
na aethiopie. Etiam thebais dr̄ mu
lier thebana. Item liber papinij ſta-
tij poete de bello thebano. Item tra-
gedia ſenece de eodem
Thebe huius thebes. grandis vrbs
aegipti a buſyride rege cōdita. ⁊ tota
penſilis. i. ſub ſe hn̄s vias ſubterra-
neas fuit. c. et. xl. ſtadioꝝ amplitudi
ne ⁊ centū portas habuit ſm̄ homeꝝ
qḋ ⁊ Iuuenalis ait. Atqꝫ vetus the
be centū iacet obruta portis. Vocat̄
alio noīe dioſpolis teſte plinio
Thebe aꝝ vel thebe es. vrbs boetie
in grecia ꝯdita a Cadmo agenorꝫ re
gis filio. vbi bacchus ⁊ hercules nati
fuerūt. Fuit ⁊ alia thebe in cilicia pa-
tria andromaches vxoris hectoris
Tegea e curta oppidū arcadie. Inde
tegeaeus a. um. p ae diphthongum ⁊
quattuor ſyllabas
Telamon aeaci filius. frater pelei et
pater aiacis. rex ſalaminis inſule
Telemachus a curta. filius vlyſſis ⁊
penelopes qui pr̄i in regno ſucceſſit
Telegonus filius vlyſſis ex circe: qui
prēm ſecutus in ithacā. imprudēs il-
lum necauit incognitum. Deinde fu-
giens in italiam condidit ibi vrbem
tuſculum
Theleboe populus aetolie
Telemus vates inter cyclopes q̇ po
phemo predixerat cecitatem ab vlyſ-
ſe illi inferendam.
Telephus filius hercul' ex auge nim
pha nutritus a cerua. Poſtea rex my
ſie factus grecos p ſuā regionē trāſeū
tes ad troiā: ꝑlio adorſus: ab achille
vulneratus fuit in femore Deinde fa
cta pace cū grecis: cū ſanari nō poſſet
ꝯſuluit oraculū. qḋ rn̄dit vt ab eadē
haſta peterꝫ. ſalutē a qua acceperat vul
nus. Cū ergo in eodē loco rurſus eū
achilles percuſſiſſet ſanatus eſt. Qḋ
ſic intelligitur. quia de rubigine ferri
achilles fecit emplaſtrum quo illius
vulnus ſanauit
Tempe: amenus locus in theſſa-
lia montibus ⁊ arborib⁹ cinctus per
quē peneus fluuius leuiter fluit. Po
nitur p quocūqꝫ loco ameno. vt apḋ
Virg. Viuiqꝫ lacus ⁊ frigida tempe
Themis dea docens petere licita. q̄
templum habuit in boetia. Et inter-
pretatur fas aut licitum
Themeſe oppidū cypri inſule in quo
primū reptum dicitur aes quod inde
vocatur themeſaeum. Statius in ſil
uis. Et quis ſe totum themeſe dedit
hauſta metallis.
Themiſtocles athenienſis dux clariſ
ſimus qui xerxem regem perſarū na-
uali prelio vicit. Poſtea p inuidiam
exul factus ad xerxem cōfugit A quo
honorifice exceptus et dux belli cōtra
athenienſes ꝯſtitutus. cum neqꝫ regē
de ſe benemerito vellet negare. neqꝫ
patrie licet ingrate cladem inferre: ſe-
ipſum peremit hauſto ſanguine taurē
vt quidam ſcripſerunt
Tempſis dicitur cacumen tmoli mō
tis de quo infra. In quo centum qn-
quaginta annos hoīes viuere dicunt
Tenedos inſula non procul a troia.
poſt quā latuerunt greci cuꝫ inſidias
tenderent troie. Virg. Eſt in conſpe
ctu tenedos notiſſima fama. Inſula
diues opum
Tenos inſula in aegaeo vna cycladū
Tentyra vrbs egypti cui⁹ incole dn̄t
hr̄e naturalē vim ꝯtra crocodilos
Theophraſtus ph̄s peripatheticus.
auditor ⁊ ſucceſſor aristotelis. Inter
pretatur diuina eloquentia
Teos ciuitas ionie pr̄ia anacreontis
poete lyrici q̇ inde dr̄ teius. i. de teo
Terapne pl'r tm̄ vrbs laconie in the-
Thera inſula liguſtici Albanis finib⁹
maris que ⁊ theramnis ⁊ corſica.
Tereus rex thracie marit⁹ prognes vi
Tergeſte citas venetie Vde ſ ꝓgne

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

Thermodoon vel thermodon fluui
us in pontica regione apud quez ha⸗
bitauerunt amazones.
Termopile arum mõs longiſſimus
greciam tranſiẽs ⁊ eam diuidẽs. In
quo ſtꝫ anguſti meatus: apud quos
ſcaturiunt aque calide de quibꝫ deno
minatus eſt ipe mons. Nã thermos
grece calidus. pyle porta dicitur
Terpſichore vna muſaꝝ. q̃ delectãs
Therſites quidã grecus (choros.
ex aetolia ꝑfectus ad troiam. nobilis
ſꝫ deformoſiſſimus ⁊ ignauus. ab a⸗
chille pugno necatus Iuuenal'. Ma
lo pater tibi ſit therſites: dũmodo tu
ſis. Aeacide ſimilis ⁊c..
Teſpis oppidũ boetie ad heliconem
montẽ. vñ muſe dicuntur theſpiades
Itẽ theſpis ãtiquiſſimus ⁊ pm poe
ta tragicus de quo Horatius in arte
Theſprotia regio ⁊ ps epiri
Theſeus aegei atheniẽſis regꝫ filius
vir fortis: qui more herculis magna
fecit. Nam adhuc adoleſcẽs cum her
cule pugnauit ꝯtra amazones. Etiã
Creontẽ tyrannũ thebanũ qui ĩ ꝑlio
mortuos ſepeliri ꝓhibebat occidit.
Itẽ terribilẽ taurum deuaſtantẽ atti
cam apud marathonẽ necauit. Item
minotauꝝ occidit vt ſupra dictũ eſt.
Item ſcyronẽ ⁊ procuſten latroẽs oc
cidit. Rapuit helenam adhuc puellã
ſꝫ reddidit. Ex creta ſecũ abduxit ari
adnen ⁊ phaedrã filias minois regꝫ.
Sꝫ in inſula naxo reliquit ariadnen.
vt ſupra. Tandẽ cum pirithoo ami⸗
co ſuo iuit ad inferos vt ꝓſerpinã ra⸗
perẽt. Sꝫ pirithoũ cerberus deuora⸗
uit. Theſeus ibi detẽtus eſt doẽc ab
hercule liberaret. Virgꝫ. tñ ait ĩ ſexto.
theſeum apud inferos manſiſſe. Fuit
aũt theſeus rex atheãꝝ. vñ athenien⸗
ſes ab ipo denominantur theſide
Theſteas. i. althea filia theſtij. Vide
ſupra Meleager ⁊ Althea.
Theſtorides. i. calchas vates filius
Theſiphon vrbs par (theſtoris
thorum vicina ſeleucie in aſſyria
Theſiphone dr vna d furijs inferna
libus. Sꝫ melius ſcribit̃ tiſiphoẽ. qr
venit a tiſis quod eſt pena. ⁊ phone
quod eſt mors. Et corripit o
Theſſalia regio grecie inter atticam
⁊ thraciam ſita. alio nomine aemoia.
⁊ eſt montuoſa ⁊ famoſa veneficijs
Theſſalonica i ꝓdu. vrbs macedoie
Thetis idos filia chironis. vxor pe
lei ⁊ mater achillis. Iſtud nomẽ aſpi
ratum th hꝫ initio. ⁊ breuiat vtranqꝫ
ſyllabam. Statius. Iamdudũ taci
to luſtrat thetis omnia viſu
Tethys ios. filia Celi et veſte. vxor
neptuni. Iſtud nomẽ aſpiratũ th hꝫ
in vltima. ⁊ producit vtrãqꝫ ſyllabã.
Vir. Tecqꝫ ſibi generꝫ thethys emat
omnibus vndis. Ponit̃ pro mari ſi⸗
cut ⁊ p̃cedens nomẽ. Nam poete dif
ferentiam datam quandoqꝫ ꝯfundit
Teucer vel teucrus filius ſcamandri
cretẽſis troiam condidit. vñ troia dr
teucria. ⁊ troiani teucri Alius fuit teu
cer filius telamonis regis ſalaminis
inſule ex heſione filia laomedontis. q
cum aiace fratre ſuo ex alia matre ꝑ⸗
fectus fuit ad bellum troianũ. Sed
cum aiax ſe ex ira interfecaſſet ⁊ teucer ſo⸗
lus domũ rediſſet. iratus pater expu
lit regno. Ergo teucer in cyprum ꝑfe
ctus ibi vrbem ſalamina ꝯdidit
Teutates idolum quondã galloruꝫ
cui humano ſanguine ſacrificabant:
ſicut ⁊ heſo. Lucanus. Et quibꝫ im⸗
mitꝫ placat̃ ſanguĩe diro. teutates ⁊c
Teumeſus e producta mõs et regio
boetie vbi hercules adhuc adoleſcẽs
occidit leonem cuius pelle vtebatur
pro veſte. Poſtea alium leonem ne⸗
cauit apud cleonas
Teuthrania regio aſie minoris.
Thyas adis. mulier ſacerdos bac⸗
chi que ⁊ bacchis ⁊ menas
Thyatira vrbs aſie ñ lõge a ꝑgamo
Tiberias vrbs galilee ad lacũ gene
ſaram. cõdita ⁊ appellata ſic ab hero
de antipa in honorem tiberij ceſaris
Tyberis vel tybris eſt fluuius italie

qui ex apocnino defluens ⁊ ethruriã
ab vmbria diuidens romã tranſit. et
deinde apud oſtiã mare illabit̃. Pri-
mo ab aque albedine vocabat̃ al bu
la. deinde rege tybri rege thuſcoꝝ cir
ca eum occiſo dcũs eſt thybris. Poſt
a tyberino rege albanoꝝ i eo ſubmer
ſo appellatus eſt tyberis vel tyberinꝰ
Tibur vetus oppidũ italie diſtans a
roma. xvi. milia paſſuũ in colle condi
tum a trib; fratrib; thebanis ſcꝫ tibur
to corace ⁊ catyllo filijs catylli filij ã-
phiarai vatis thebani. Hinc tiburs
gentile ⁊c̃. Ticinũ ci curta. vrbs inſu
briũ vel lũbardie que nũc papia dr
Vocat̃ aũt ticinũ a fluuio vicino qui
ticinus dr philelphus. Quoſcꝫ pr̃ ti
cinus nitida plucidus vnda
Tydeus filius oenei regꝭ aetolie vl' ca
lidonie vir fortiſſimus. Qui cũ mena
lippum frẽm ſuũ in venatõne impru-
dens occidiſſet: patriã fugiẽs adijt a
draſtum regem arguioꝝ. qui dedit ei
argiam filiã ſuam Apolynice qui al
teram adraſti filiaꝫ habebat legatus
miſſus thebas ad eteoclem regẽ fra-
trem polynicꝭ vt pacti memor. regnũ
fratri redderet. Cũcꝫ eteocles regno
ſe ceſſurũ negaret ⁊ tydeus ꝓpter hoc
ipm dure argueret: indignatus eteo-
cles quinquaginta milites miſit: qui
in ſilua latẽtes tydeũ recedentẽ clam
aggrderent̃ ⁊ occiderẽt. Sed tydeus
oms occidit p̃ter vnũ quem nunciuꝫ
cladis remiſit. Tandẽ poſt multa for
tia facta in bello thebano fuit occiſus
a menalippo thebão quem tñ ipe cuꝫ
mortaliter ab eo vulneratus eẽꝫ occi
dit. ⁊ caput eius dentibus diſcerpſit.
vt ait Statius
Tytides i longa. i. diomedes tydei fi
lius. Vide ſupra Diomedes.
Thyeſtes filius pelopis ⁊ hyppoda
mie qui aſpirans ad regnũ corrupit
vxorem regꝭ atrei frĩs ſui. Quare a-
treus filios eius ſibi coxit. Vid̃ ſupra
Atreus. At thyeſtes oraculũ ꝯſuluit
q̃uo ſe vlciſci poſſet. ⁊ iuſſus eſt cum

filia ſua pelopeia coire. ex qua natus
eſt Aegyſthus qui atreũ occidit
Tigranes rex maioris armenieꝗ au
xilium ferens mythridati regi victus
eſt primo a lucullo deinde a pompeio.
magno
Tigris rapidiſſimus fluuius arme-
nie qui a velocitate namen hꝫ. Nam
tigris medoꝝ lingua eſt ſagitta. Vñ
⁊ beſtia quedam in hircania ꝓpter mi
ram velocitatẽ ſuam vocatur tigris.
Item tigris fluuius orit̃ ex fonte pa-
radiſi vt legitur in geneſi
Thyle inſula oceani inter occidentẽ
⁊ ſeptentrionẽ remotiſſima et vltima
ex inſulis notis. In qua ſolſtitio id ẽ
in medio eſtatis nulle ſunt uoctes. et
in medio hiemis uulli dies
Tylos inſula in mari indico vbi ſem
per virent oĩs arbores
Timaeus locrenſis phs cui plato li-
brum de mundo inſcripſit.
Timauus fluuius venetoꝝ vicinus
ꝯcordie ⁊ tergeſti oppidis. ex grandi
monte p ora nouem effuſus.
Timantes egregius pictor
Timoleon corinthius nobilis ꝗ pri-
mo patriã ſuam deinde ſyracuſas ty-
rannide liberauit.
Thymbraeus apollo. dr a thymbra
herba. alio noĩe ſatureia que abunde
creſcit in agro troiano circa templum
apollinis. vñ ⁊ fluuius ibidem thym
bra vocatur
Thynos oppidũ cilicie. Horatius
Thyna merce beatũ. Strabo autem
thynos populũ ait eẽ iuxta bithynos
Tyndarus vel tyndareus rex lacoĩe
maritus lede ⁊ pater putatiuus ſaltẽ
helene que ob hoc dr tyndaris. i. filia
tyndari. Statiud. Tyndaris inceſta
nimium laudata rapina
Tinge vl tingis oppidum maurita-
nie. alio nomiue iulia
Thyoneus o pducta dr bacchus q̃ſi
impetuoſus. Nam thyo grece ſignifi
cat impetum facio
Typhoeus p eu dipthongũ ⁊ nõ p oe

fuit gygas titani ꝛ terre filius qui io-
uem ad certamē ꝓuocās ab eo fulmi
natus dꝛ ꝛ ſub inſulā inarimē truſus
Lucanus. Conditus inarimes eter
na mole typhoeus. Ouidꝫ tamē ſub
ſicilia illum ſepultū ait. Appellat̄ etiā
typhon ꝛ typhos. Typhoius autē
adiectiuum eſt

Typhon frater oſyridis regis aegy-
pti. qui ipm regē clā necauit. ꝛ i. xxv
ꝑtes coꝛpus eiꝰ diſcerpſit. ab iſide re-
gina ꝛ ipe ꝓ meritis occiſus Item ty
phon ꝓ typhoeo ponitur.

Typhis excellens faber lignarius ꝛ
gubernatoꝛ nauis argonautaꝝ Oui
dius Tiphys in aemonia puppe ma
giſter erat. Ponit̄ generaliter pro gu-
bernatoꝛe nauis (uius

Tirynthius hꝰ tirynthꝫ vꝛbs achaie ꝛ flu
Tirynthius dꝛ hercules eo ꝙ circa il
lam vꝛbem magnalia geſſit

Tireſias vates thebanus qui cū co
euntes angues baculo ꝑcuſſiſſet. mu
tatus fuit in feminā. Poſt annos. xi.
cum iteꝝ ꝑcuſſiſſet coeuntes angues
virilem naturā recepit. Iuppiter aūt
ꝛ iuno ꝯtendētes vtrius ſexus maioꝛ
eſſet libido. hūc qui vtrūqꝫ eſſet exper
tus arbitrū elegerunt. Tireſias autē
ꝓ ioue ſententiā tulit aſſerens feminā
plus libidinis habere. Ob hoc iuno
eum cecauit ſed iuppiter vt cecitatem
eius beneficio ſolaret̄: dedit ei diuina
tionem Vn̄ apud hoꝛatiū ipe dꝛ vlyſ
ſi. O laertiade quicquid dicā aut erit
aut non. Diuinare etenim magnꝰ mi
hi donat apollo

Tyrrheni ſunt tuſci ſcꝫ ꝑpl's italie. di
cti a rege ſuo tyrrheno cū quo venerūt
olim de lydia. Et tyrrhenia ē thuſcia
ꝛ tyrrhenus a. um. i. thuſcus

Tyrus vꝛbs vetus ꝛ nobilis in pho
enicia ad mare ſita olim inſula. ſꝫ ma
gnus alexander cū eam obſiderꝫ ma
re clauſit. Qui etiam ciues ꝑpe om̄es
crucifixit eo ꝙ ſerui eēnt ꝛ dn̄os ſuos
id eſt veros ciues olim occidiſſet Vt
ait Iuſtinus.

Item apud tyrum capiunt̄ cōchylia
que purpure vocant̄. quoꝝ ſanguine
tingunt̄ veſtes purpuree q od id dn̄r
tyrie. Itē carthaginēſes appellantur
tyrij qm̄ ꝯditoꝛes carthaginis vene
runt de tyro ſcꝫ dido cum ſuis.

Thebāi quoqꝫ dicunt̄ tyrij. eo ꝙ cad
mus thebaꝝ ꝯditoꝛ fuit de phoēicia

Tiſbe puella babilonia Vide ſupꝛa
(Pyramus

Tiſiphone eſt vna fu
riarum ſupꝛa theſiphone (matas.

Tiſſagete ꝑpl's ſcythicus vltra ſar-

Titan l' titanꝰ filius fuit vrani ꝛ fra
ter ſaturni maioꝛ natu. qui ſaturnum
bello adoꝛtus cepit. Iuppiter autem
filius ſaturni titanos. i. titanū cū ſuis
ꝑlio ſupauit ꝛ patrē ſuum liberauit
Ex titane nati ſunt gigātes qui cum
ioue bella geſſerūt. Fuit etiā titan a-
uus ſolis vnde ſol titan dicitur

Titanis idos. i. filia titani ſcꝫ latona
Capit̄ etiā ꝓ luna. Statius. Titais
late mundo ſubiecti ſilenti

Tityus filius terre ꝛ maximꝰ gygas
qui iacens occupare dꝛ nouē iugera.
Qui cū latonā violare vellet: ab apol
line ſagittis necatus ꝛ ad inferos tru
ſus eſt. Cuius iecur a vulture exedi ꝑ
hibetur ꝛ quotidie renaſci in penā vt
ait Virgilius in ſexto

Tithonis filius laomedontis regis
troie ab auroꝛa adamatus ꝛ in viruꝫ
electus que ex ipo genuit mennonem
filium. vn̄ titonia ꝯiunx a poetis ap-
pellatur auroꝛa Tithonus aūt audi
ta filij nece ita doluit vt tandem mu
tatus ſit in cicadam.

Tlepolemus filiꝰ herculis rhodioꝝ
rex occiſus a ſardone i bello troiano.

Tmolus mons lydie ferax vini mel
lis ꝛ croci. Dicit̄ etiā timolus Ouid.
Deſeruere ſui nymphe vineta timoli

Thoas rex colchoꝝ in taurica regio-
ne occiſus ab oreſte. Vide ſup̄ Iphi
genia. Alter fuit thoas rex lemni pa-
ter hipſiphiles que foꝛma patronymi
ca thoantias dꝛ. i. filia thoantis

Toloſa vꝛbs gallie narbonenſis vel

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

in aquitania
Tolentinum oppidum in piceno In tolentinas gentile nomen
Tomyris regina maſſagetarum que cyrum regem perſarum occidit. Nam cyro cum ingenti exercitu ſcythiam ingreſſo: tomyris ei filium ſuum adoleſcentem obuiam miſit quem cyrus per inſidias cum ſuis interfecit. Tunc regina quaſi diffidens retroceſſit et cyrum in anguſtias ductum cum omnibus ſuis copiis interfecit. Caput etiam cyri in vrnam cruore plenam miſit dicens. Satia te ſanguine quem ſitiſti. cuiusque inſatiabilis ſemper fuiſti
Tomarus mons epiri centum fontes circa radices habens
Tomos vrbs in ponto vbi medea ſequens iaſonem lacerauit fratrem ſuum paruulum vt ſic retardaret patrem a ſui perſecutione. Nam thomos interpretatur inciſio. Ibi exulauit Ouidius poeta. Dicitur etiam tomi pluraliter
Thracia regio europe latiſſima iuxta myſiam et macedoniam in qua eſt vrbs conſtantinopolis. Sunt autem thraces pugnaces et feri. quia partim ſunt barbari partim greci. Etiam dicitur thrace pro thracia. Et habet a ſeptentrione iſtrum. ab oriente pontum. a meridie mare aegaeum
Traconitis regio ſyrie ad arabiam
Trallis pluraliter vrbs aſie minoris
Traſybulus athenienſis dux qui patriam. xxx. annis liberauit. tandem necatus in caſtris noctu.
Traſymenus lacus in agro peruſino. iuxta quem hannibalis flamineum conſulem cum. xxiii. romanorum milibus interfecit. et ſex milia cepit
Trebia flumen italie iuxta placentiam circa quod hannibal romanos ſuperauit duobus praeliis. primo ſcipionis exercitum deinde ſemproni conſulis profligando.
Triballi populus ſcythicus iuxta myſios et pannones. Nunc ſerui et raſciani dicuntur.
Tripolis regio phoenicie habens tres ciuitates que ſunt tyrus. aradus. et ſydon
Trinagria vel trinacris. i. ſicilia ſic dicta quia habet tres acris. i. tria promontoria que ſunt pachynum. pelorus et lilyboeum.
Triptolemus eleuſii filius et rex attice qui in illis locis vſum frumenti primus docuit. Poete fabulantur quod ceres eum infantem aluerit ac currui ſuo impoſuerit. vt ſationem frumenti vbique doceret.
Triton marinus deus neptuni filius et tubicen. Item triton eſt fluuius aphrice defluens in paludem tritonidem. deinde in mare libycum. Vnde et pallas appellatur tritonia quia iuxta paludem tritonidem nata fertur: aut apparuiſſe.
Troglodyte populus in finibus aphryce vltra aethiopiam. qui velociores equis ſunt et in cauernis habitantes carnibus ſerpentum viuunt, vt plinius ait
Troas regio minoris aſie ad helleſpontum que et troia dicitur. Item troas vrbs eſt in troade. Item troas dicitur femina troiana. Virgilius. At procul in ſola ſecrete troades acta. i. littore
Trozene eſt longa vrbs attice. vel vt in ſtatium Lactantius ait: theſſalie. patria theſei.
Troia regio minoris aſie que et troas In qua fuit regia vrbs ilium vel ilion: que etiam troia dicitur
Tros filius ericthonii filii dardani. rex phrygie. a quo troia appellata eſt regio que prius dardania vocabatur a dardano. Filii trois erant. Ilus et aſſaracus
Tros etiam dicitur vir troianus
Tuder vel tudertum vrbs vmbrie.
Tullus hoſtilius tercius rex romanorum bellicoſus
Turduli populus hiſpanie betice quibus propinqui ſunt turdetani
Turo vrbs metropolis biturigum in gallica celtica prope ligerim fluuium habet ſuffraganeos vndecim
Turpio Ambiuius erat actor comediarum terentii temporibus.
Tuſcia regio italie que et etruria dicitur Vide ſupra.

Vaccei populus hiſpanie cite
Valentia vrbs (rioris
hiſpanie citerioris mille paſ-
ſus a mari. colonia romanoꝝ.
Vangiones populus germanie nūc
wormacienſes
Varus fluuius. diuidens galliā ab
italia. a quo liguria incipit
Vaſcones popul⁹ hiſpanie taraconē
ſis qui quondā ab hoſtib⁹ anguſtiati
veſcebantur humanis carnib⁹. Juue
nal. Vaſcones vt fama eſt alimētis
Vatican⁹ mōs in vrbe (talib⁹ vſi.
roma vbi nunc palaciū eſt ſummi pō
tifis ⁊ baſilica ſancti Petri. dict⁹ a va
ticiniis ibi datis olim
Vbii populus germanie ad renum.
ſcꝫ Colonienſes ⁊ finitimi
Vectones populus hiſpanie. Lu-
canus. Vectoneſqꝫ leues ⁊c̄.
Veii vrbs q̊ndā potens in ethruria
q̄ diucū rōanis bellauit tādeꝫ capta
p̄ camillū. Eius incole dn̄r veiētes. et
veientan⁹ adiectiū. vt veientanū vinū
Velia oppidū lucanie circa palinuꝝ
p̄montoriū. Jn̄ velin⁹. Virg⁊: Por-
tuſqꝫ require velinos
Velitre velitrarū. vrbs volſcorū. xx.
milib⁹ paſſuū a roma. Jn̄ veliternus
Venaphrū oppidum campanie vbi
optimum prouenit oleum
Vēuſia vrbs apulie patria Horatii
poete qui inde dicitur venuſinus.
Venus amoꝝ dea vn̄ p̄ amorib⁹ ac
cipitur. Ponūt aūt tres veneres. pri
ma fuit filia celi ⁊ diei. que ex ioue vel
baccho genuit cupidinē ⁊ grās. Alte
raꝫ ex virilib⁹ celii natā dicunt. Nam
ſaturnus vt aiunt celio patri ſuo am-
putauit virilia q̄ in mare p̄iecta ⁊ flu
ctibus agitata ſpumā fecerūt de qua
nata d̄r venus q̄ ob id aphrodite vo
catur. tercia ven⁹ fuit iouis ⁊ diones
filia mater enee troiani
Vercelle aꝝ vrbs ligurie circa alpes
Verule aꝝ vrbs ī latio. Jn̄ verulan⁹
Verona vrbs clara venetie in mar-
chia taruiſina non procul alpib⁹ quā
alluit atheſis fluuius amenīſſimus.
Jn ea nati fuerunt Catullus poeta.
⁊ duo plinii. Ouid⁊. Mantua virgi
lio gaudet verona catullo
Vero fluuius in celtiberia cuius ac-
cole dicuntur verones
Vertūnus deus qui preeſſe putaba
tur reb⁹ vertēdis. i. vendēdis ⁊ emen
dis aut q̄ ſe v̄tit in varias ſpecies
Veſta filia ſaturni dea v̄ginitat⁊ q̄n
dā hita. c⁹ ī tēplo erāt v̄gines que ve
ſtales dicebant. q2 veſte ſeruiebāt cu
ſtodientes ignem p̄petuū. qui ſi forte
fuiſſet extinctus p̄ negligentiā. verbe
rantur a pontifice. Jtē ſi qua fuit cor-
rupta defodiebat viua. Nā circa por
tam collinā erat ſpecus clauſum in q̊
deponebat. Capiebat aūt. i. eligebat
v̄go veſtalis intra annū ſextū ſue eta
tis ⁊ decimū. ⁊. xxx. annis oportebat
eam manere v̄ginem. poſtea nubere
licebat. Fuit ⁊ alia veſta mater ſatur
Veſtini vetus italie (ni ⁊ titani
populus iuxta marſos ⁊ ſabinos
Veſuuius mons cāpanie quattuor
milib⁹ paſſuum a neapoli vinet⁊ et
oliuetis refertus. Nam ibi naſcit̄ bo-
num vinum quod grecū dicit̄. Cacu
men tamen eius mōtis eſt ſterile q̊
quondam ardere ſolebat
Veſeuus eſt idē mōs qui ⁊ veſuui⁹
Virg⁊. talem diues arat capua ⁊ vi-
cina veſeuo Ora iugo. Eſt etiā alter
veſeuus in liguria ad alpes: ex quo
padus fluit
Veſulus idem mons qui ⁊ veſuui⁹.
Quidam tn̄ aiunt eſſe montem ligu
rie vnde padus orit̄ qui ⁊ veſeuus.
Vicētia vrbs clara venetie inter ve-
ronam ⁊ patauium
Vienna vrbs metropolis quōdam
allobrogum ad rodanū p̄pe lugdunū
in delphinatu. Jtem altera in auſtria
metropolis
Virbi⁹ d̄r hyppolitus theſei filius
quo ſupra. quaſi bis vir. q2 nouerca-
li calumnia necatus: beneficio aeſcu-

lapij vel diane reuocatus refertur ad vitam

Ulyſſes laerte ⁊ autholie filius rex ithace ⁊ dulichij inſularum. callidiſſim⁹ ⁊ facundus. Hic cũ expeditõnem in troiam greci pararent. vt domi maneret ſimulauit ſe fuere. Vide ſup Palamedes. Idem achillẽ muliebri habitu in ſcyro latentem deprehendit ⁊ ad troiam duxit. ⁊ in bello mlta prudenter effecit. Item poſt euerſionem troie ceteris grecis patriã repetẽtib⁹: vlyſſes vi tempeſtate vexatus adhuc decem annis errauit in mari ⁊ ad diuerſa loca venit vt ait homerus q de ipſius erroribus ſcripſit opus iſigne qd odyſſea inſcribit. Nam vlyſſes grece appellat odyſſes. quare vlyſſes vel olyſſes nõ vlyxes ſcribet vt docz philelphus. Poſt longos igitur errores vlyſſes naufragus deuenit ad alcinoum regẽ pheacũ. A quo benigne exceptus ⁊ ſocijs ac naue donatus: tãdẽ redijt in ithacã patriam ſuã. ⁊ in habitu mendici domũ ſuã ingreſſus ⁊ a nemine cognitus: a procis penelopes vxoris ſue multũ vexatus eſt. Quos tandem auxilio thelemachi filij ſui ⁊ ſubulcorum quib⁹ ſe indicarat occidit ꝉ necauit. Poſtremo telegonus filius alter venenoſa ſpina trigonis piſc vlyſſem ignarus occidit

Umbria regio italie ad apoeninum in quo eſt vrbs ſpoletũ vnde vmbria nunc appellatur ducatus ſpoletanus

Uolaterre arum oppidum thuſcie in monte ſitum

Uolſci quidam populus in latio vl campania

Uranie vel vrania dr vna muſarũ. quaſi celeſtis ab vranos qd eſt celuz.

Uranus pater ſaturni. alio nomine celus cui ſaturnus filius amputauit virilia. vt ſupra venus

Urbinum vrbs in vmbria licet quidam in piceno dicant

Utica vrbs aphrice

Utinum oppidum aquileie

Uulcanus iouis ⁊ iunonis fili⁹. qui cum deformis natus eſſet nec ei iuno arriſiſſet: pcipitatus eſt a ioue in inſulã lemnũ. vbi ſm quoſdã nutrit⁹ fuit a ſimijs ⁊ ex caſu illo factus eſt altero pede claudus. Dicit eſſe faber deorum qui ioui fulmina ⁊ dijs arma formauit ↄtra gygantes. nec tñ admiſſus ẽ ad menſã deorum. Quinetiã nuptias minerue petens repulſam paſſus eſt Unde ꝟgilius. Nec deus hũc mẽſa. dea nec dignata cubili eſt. Poſtea veneris maritus fcũs cũ vidiſſz eã adulterari cum marte. fecit tenuiſſimas cathenas quib⁹ ipos collegauit. ita vt ſepari non poſſent donec ab omnibus dijs ⁊ dea bus viſi ⁊ deriſi eſſent. Eſt etiam vulcanus deus ignis ⁊ ſepe ponitur p igne. Iñ Uulcanus a. um

Uulturnus fluuius campaie cui ad eſt oppidum vultaruum a fluuio ſic appellatum.

Uulſinij oppidũ thuſcie quondã fulmine totum concrematum.

Xantus fluuius apud troiã. cuius aqua pota facit oues ruffas. Nam xanthos grece ruffum fcat. Item xanthus fuit proprium nomen cuiuſdã troiani. Item nomen equi hectoris ſm homerum.

Xanthij popul⁹ aſie. q ab harpago pfecto cyri regis obſeſſi vxores ⁊ pueros ⁊ oẽm ſuppellectilem ſuã arci impoſuerunt ⁊ igne adhibito cremauerunt. ipſi ꝓ̃o in hoſtẽ irruẽtes vniuerſi occiſi ſunt teſte herodoto.

Xantippe ſocratꝭ vxor moroſa ⁊ rixo

Xenocrates calcedonius phs (ſa academicus platonis auditor ingeio tard⁹ morib⁹ grauis Succeſſit i ſchola ſpeuſippo quã tenuit. xxv. annis

Xenophon athenienſis phus ⁊ dux inſignis. ſocratis diſcipulus ⁊ platonis emulus. qui mnlta elegantiſſime ſcripſit ⁊ inter alia Cyri regis pediã id eſt diſciplinã. Item oeconomon. i. librum de regimine domus

Xerxes rex perſarum darij filius vl



Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf

tus grecos qui copias patris ſui ꝓ
fligauerāt cū maximo exercitu venit i
greciam. Sed greci relictis vrbibus
nauali ꝑlio regē ī anguſto loco ador-
ti vicerūt duce themiſtocle. Juſtinus
ait xerxem in grecos armaſſe ſeptingē
ta milia de regno. ⁊ trecenta milia de
auxilijs. Itē naues decies centū mi-
lia numero habuiſſe dicit̄. Victꝰ aūt
nauali pugna: trepidus vna nauicu
la refugit in regnū ſuum. occiſus dein
de ab artabano prefecto

Zabulon fuit vnus de. xij. fi-
liorū iſrael. ⁊ ponitur pro illa
tribu iudeorum.

Zacynthos inſula in greco mari con
tra ſinum corinthiacū. Virg. Iā me
dio appet fluctu nemoroſa zacithos.
Zancle vrbs ſicilie. alio noīe meſſana
nō ꝓcul a charibdi. vn̄ charibdis zan
claea ꝯgnoīat̄. fuit ⁊ alia vrbs achaie
Zeno eleates. i. de elea vrbe phs ⁊ in
uentor dialectices teſte Ariſtotele
Qui cū vellet patriā ſuā tyrānide op
preſſam liberare: dephenſus ⁊ captꝰ
a tyranno cū torqueret̄ vt ꝯſcios ꝯiu
ratōnis nominaret. linguam ſibimet
dentibꝰ abſcidit ⁊ in os tyrāni iniecit
Alij ſcripſerūt ꝙ aurē tyranni mordi
cus abſtulit ⁊ ciues increpās ad cedē
tyranni induxit. Alter fuit zeno cicti-
cus vel cictienſis auditor. Cratꝫ the
bani ⁊ auctor ſtoyce ſecte. Nā qm̄ in
porticu docebat dictus eſt ſtoycus qꝛ
ſtoa grece portum ſignificat
Zethus filius iouis ex antiopa frater
amphionis rex thebarum
Zetus vel zetis filius boree. qui cum
calae frē ſuo inter argonatas fuit Nā
zetus ⁊ calais alati iuuenes ⁊ īſignes
ſagittarij fugaſſe dicūt̄ harpyias e re
gno phynei. Vide ſupra phineus
Zeugma vrbs ſyrie ad euphratē me
dia quondā inter romanorū ⁊ partho
rum regna. Papinius Et zeugma la
tine. Pacis iter
Zeuſis heracleotes egregiꝰ pictor ꝗ
cū parthaſio de artificio certās attu-
lit in ſcena vuas a ſe tam artificioſe
pictas vt aues aduolarēt putātes eē
veras vuas. Parrhaſius aūt attulit
velū tam artificioſe formatū vt zeuſis
verum lintheum eſſe putaret ⁊ tolli a
pictura iuberꝫ Itaqꝫ zeuſis aues par
rhaſius zeuſim fefellit
Zoilus quidā malignus poeta ſcri-
pſit ꝯtra libros homeri. vn̄ dictus eſt
homeromaſtyx. i. homeri flagellum.
Que ſcripta cū recitaſſet ꝑtholomeo
regi rex indignatus nullum ei verbū
fecit. Cumqꝫ zoilus inopia preſſus re
gem rogaret vt ſibi daret aliquid quo
viueret: ait rex Homerus multos pa
ſcit. quare tu qui illo doctior es ſaltē
teipꝫ paſce. tandē zoilus paricidij dā
natus iuſſu regꝭ cruci affixus eſt Hic
omnis quicūqꝫ doctis viris detrahit
vocatur zoilus. Ouidꝭ. Ingeniū ma
gni liuor detrectat homeri Quiſquis
es ex illo zoile nomen habes.
Zopyrus nobilis ꝑſa qui cū darius
rex perſarū babiloniam diu ⁊ fruſtra
oppugnaret. ipē ſibi naſum aures ⁊ la
bia amputauit. ⁊ ita ad babiloīos ꝗ
transfuga iuit ꝯquerens de crudelita
te ſui regis Receptus igit̄ a babilo-
nijs ⁊ dux belli conſtitutus vrbē da
rio tradidit
Zoroaſtres primus rex bactrianorū.
qui artes magicas dicitur inueniſſe.
occiſus a nino rege aſſyriorū in prelio
Item Zoroaſtres eodem quo natus
eſt die riſiſſe legitur. cum omēs homi
nes riſum differant in diem ſexageſi-
mum ſecundum

¶ Finis.

Impreſſum Co
lonie apud predi
catores.

LANDES-
UND STADT-
BIBLIOTHEK
DÜSSELDORF

Voull. 1128

Universitäts- und
Landesbibliothek Düsseldorf